



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LVIII. Burchard und sein Sohn Burchard, Günzel und Werner von
Bartensleben, Gebrüder, überlassen dem Kloster Diesdorf den Lehnsbesitz
des Dorfes Hanem, am 9. Juni 1321.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

LVIII. Burchard und sein Sohn Burchard, Günzel und Werner von Bartenleben, Gebrüder, überlassen dem Kloster Diesdorf den Lehnbesitz des Dorfes Hanum, am 9. Juni 1321.

Borchardus senior et borchardus, filius eius, Guncelinus et wernerus, fratres, milites, dicti de bertenfleue omnibus hanc litteram videntibus et audientibus salutem in omnium saluatore. Notum esse volumus vniuersis, quod de communi consensu omnium legitimorum heredum nostrorum vendidimus domino suidero et ecclesie sanctimonialium in distorp villam hanem liberam cum omnibus et attinentiis et prouentibus, cum precaria, cum aduocatia, cum proprietate, cum lignis, cum pascuis et cum omnibus terminis suis, qui nominari possunt et sicut eam habuimus, sub hac forma, videlicet quod dictus prepositus et ecclesia recipient nostras tres filias in claustrum suum in habitu spiritali ad domino seruiendum sub expensis et clenodiis dicti prepositi, et pro LX marcis puri argenti, quas nobis dictus prepositus in parato amicabiliter presentauit. Nos quoque uolentes dictam ecclesiam in omnibus promouere super qualibet impetitione prestamus warandiam atque certitudinem dicte ville, sicut iuris fuerit, sub nostrorum testimonio sigillorum. Huius uero nostri facti testes sunt Gunterus de bertenfleue, bernardus de seulenburg, milites, et bodo de walltove et hunerus de knefbecke, famuli, et plures alii fide digni. Actum anno domini M. CCC. XXI. in die primi et feliciani martirum beatorum.

LIX. Herzog Otto von Braunschweig schenkt dem Kloster Diesdorf das Dorf Hanum eigenthümlich, am 14. Juni 1321.

In nomine domini amen. Dei gracia Otto, Dux in brunefwich, omnibus in perpetuum. Ne ea que aguntur in tempore simul labantur cum tempore, Expediit vt scriptis et testibus roborentur. Hinc est quod notum facimus tam presentibus quam futuris, Quod ob remedium anime nostre et animarum omnium progenitorum nostrorum proprietatem ville Hanum cum omnibus suis pertinenciis, villis, Campis, Siluis, pratis, pascuis, areis, aquis, molendinis ac aliis omnibus pertinenciis, quocunque uocentur nomine, donauimus et cum sollempnitate debita donamus. . . preposito et Sanctimonialibus in Distorp libere et perpetue possidendam, renunciantes pro nobis et nostris heredibus omni Juri, quod in dicta proprietate habuimus vel nobis posset competere in futuro. Vt autem hec nostra donatio rata permaneat et posteris innotescat, presens scriptum dedimus nostri sigilli munimine firmiter roboratum. Testes eciam sunt gyncelinus, wernerus et boffo de bertenfleue, Hinricus de bonencen et ludolfus de Hollege, milites nostri et quam plures alii fide digni. Actum et Datum brunefwich, Anno domini M. CCC. uicesimo primo, In Octaua penthecostes.